

fit, ut plurimum spectatoribus persuasum sit, haud ullam utilitatem afferre
huius artis peritiam, et quod de eiusmodi gladiatoribus uerum est, ipsi
arti uitia illa artificum male ascribant: fundamento destitutam in-
dicent, agilitatem corporis tantummodo esse, et robur principalem cau-
sam putent. In quo tamen non parum a scopo aberrant. Habet
etenim haec ars non minus, quam alia, certissima et perfectissima
(licet paucissimi haec teneant) fundamenta, de quibus aliqui
in medium afferre decreui, breuiter quidem et eo ordine, ut an-
tiquitates Graecas et Romanas, inuentores etiam Palaesticae non pe-
nitus silentio praeterream. Quo enim ad ipsa artis principia
Historici et scriptores tanquam satis nota, paucis exceptis, relique-
runt, res gestas et euentus tantum scribentes, ac exempla saltem et
nomina uictorum in certaminibus recensentes.

Gymnici